

Matt. 8. Dei. 2. Bonitas, et potentia, nam fidei dicentis :
Luc. 5. 13. Si vis, respondit : *Volo* ; profertenti potentiam : *Po-*
 Potentia.
Ps. 34. 3. *tes*, verbo præstat sanitatem : *Mundare*, esto mund-
 dus : *Dic animæ meæ : Salus tua ego sum.* Nam, si
 Human-
 tus. dixeris, fiet. 3. Benignitas et humanitas, nam *ex-*
tendens manum tetigit eum ; cum alioqui arcerentur ab
 accessu leprosi, nedum à tactu. Vivificativa est caro
 Christi ; cum extenderit manus suas in cruce, im-
Psal. 44. plebit omne animal benedictione.
 10.

PUNCTUM III.

Matt. 8. Mundatus jam mittitur ad sacerdotem, ut offerat
 4. pro mundatione, quæ præcepit Moyses. 1. Appa-
Luc. 5. 14. ret, quàm Christus fuerit legis studiosus ; quanto
 Zelus le-
 gis. magis novæ, ut accuratè servetur. Offerebat autem
 leprosus sacrificium pro actione gratiarum ; et tes-
 timonium referebat à sacerdote, quòd esset mun-
 datus. 2. Voluit Christus, per hoc, insinuare sa-
 Confessio
 necessa-
 ria. cramentum Pœnitentiæ ; ad quod tenetur accedere
 quicumque extitit leprosus, licet fuerit mundatus per
 contritionem ; et ibi offerre sacrificium cordis con-
 triti et humiliati, ut sententiã absolutionis et mun-
 dationis recipiat. Jubebatur autem leprosus jam mun-
 datus radere pilos corporis, et lavare corpus, et
 vestimenta ; et sic offerre agnum immaculatum in
 sacrificium. Hi sunt fructus pœnitentiæ, lacry-
 marum, et mortificationis carnis, quibus ad sa-
 cram Eucharistiam disponi convenit.

Humili-
 tas Jesu. Comminatus est Dominus leproso, ne vulgaret.

At ille cepit prædicare, et diffamare sermonem, *Luc.* 5. 15.
 pro gratitudine erga auctorem beneficii. Undè et il-
 lud bonum secutum est, ut multa turba ad audien-
 dum Christum concurreret. Nec fuit inobediens,
 quia instinctu boni Spiritûs fecit ; et talis prohibitio
 est declinatio laudis, non præceptio obligans.

MEDITATIO XXXIV.

De decem Leprosis. *Luc.* 17.

PUNCTUM I.

Oratio leprosoꝝ. 1. *Steterunt à longè* : humi-
 litatis et reverentiæ affectus. Sed et servârunt quod *Luc.* 17.
 juebantur, segregati ab aliis. 2. *Leaverunt vocem*, *Luc.* 17.
 dicentes : *Jesu præceptor, miserere nostrî* ; ex fide, *12.*
 et cum resignatione, non speciatim petentes : Sana *Virtutes*
 nos, sed : *Miserere.* Et orant unanimiter, quod va- *leproso-*
 let ad impetrandum ; quia omnes pro singulis. *Orate* *rum.*
pro invicem, multum enim valet deprecatio justî assidua. *13.*
 Apud homines solent mendici vitare, ne simul pe-
 tant plures ; quia offendunt, et non suppetit om-
 nibus : Deo autem placet conjunctio precum ; nec
 deficit idèò thesaurus gratiæ. Leprosi decem signant
 peccatores, ob transgressionem decem præceptorum :
 Domine, *sicut hactenùs fuit sensus meus, ut errarem* *Jacob.* 5.
 à te, *decies tantum iterum convertar, ut requiram te.* *16.*
Baruc. 4.
28.

PUNCTUM II.

Christus remittit leprosos ad sacerdotes. Quos ut vidit Jesus, dixit: *Ite, ostendite vos sacerdotibus*. Initium salutis, quod Deus misericorditer respiciat. Et vidit etiam eorum fidem, voluit autem obedientiam probare, ablegando ad sacerdotes; quod alioqui non erat faciendum, nisi postquam mundati essent. Illi etiam dum simpliciter obediunt, ac eunt, *mundati sunt*. Tanti facit simplicis obedientiam, qualis etiam fuit Abrahamæ, ad immolandum filium parati. Hæc missio leprosoꝝ, antequam mundarentur, significavit confessionem sacramentalem; in qua aperienda est sacerdoti omnis immunditia, quamvis occulta. Contingit autem interim mundari interdum; quia voluntas, apud Deum, pro facto reputatur, et vobis sacramenti cum contritione delet peccata; etsi nihilominus facienda est confessio. Nec debet homo aversari labes conscientie aperire homini, quando Deo notæ sunt.

PUNCTUM III.

Unus tantum ex novem recognoscit beneficium. Ita fit ut, cum in necessitate plerique ad Deum recurrant, et devoti sint, mox eam perfuncti, non recordentur beneficii. *Nonne decem mundati sunt? Et novem ubi sunt?* Et sæpè majores peccatores magis sunt grati, æstimantes suam indignitatem; ut modò, cum solus alienigena Samaritanus rediit ad gratias

agendas; in confusionem reliquorum novem, qui erant Judæi. Quod notavit Jesus: *Non est inventus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Discam à confessione me colligere, ad gratias pro beneficio reconciliationis. Porro iste regressus est cum magna voce magnificans Deum, et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens. Mirus affectus grati animi. Prudenter autem, Christo dicente: *Et novem ubi sunt?* tacuit, nolens accusare alios; quod nos vulgò libenter facimus, simili occasione. Denique modestiam Christi mirare in redarguendo: *Non est inventus qui daret gloriam Deo;* non ait, *mihî*. Benignè autem Samaritanum complexus, ait illi: *Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit,* et est credibile à leprâ etiam spirituali curâsse illum.

MEDITATIO XXXV.

De Cæco apud Jericho. Luc. 18. Marc. 10. Matth. 20.

PUNCTUM I.

PRECATIO cæci. 1. Plena fide et fiducia: *Jesu, fili David, miserere mei?* Confitetur Messiam, et potentem salvare. 2. Fervens, ingeminando: *Fili David, miserere mei.* 3. Constans adversus increpantes, *ut taceret*. Cogitabo me cæcum esse utroque oculo, cognitionis et amoris; cæcitate ignorantie, et passionis, ut apud Bernardum; et sedere

Impedi-
menta o-
randi.

me otiosum ; mendicando à creaturis solatia. Clamabo igitur ad Christum , ut iste ; nec morabor obstrepentes , qui solent esse maximè quatuor. 1. Tumultus variarum cogitationum , quæ impediunt attentionem. 2. Remorsus ex conscientia peccatorum , qui gignit diffidentiam. 3. Necessitas ac miseria corporis. 4. Occupationes et curæ rerum externarum. Quin ipsi qui Christum comitantur , avocant ab oratione , etiam per speciem boni. At ego pergam clamare , et ex importunitate obstantium aciam fervorem orandi , tantò magis clamando : *Jesu , miserere mei. Libera me , quia egenus et pauper sum ego , et cor meum conturbatum est intra me.*

Ps. 108.
22.

PUNCTUM II.

Luc. 18. Exauditio precantis. 1. *Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se.* Initio dissimulaverat , ut probaret constantiam. Sistit cursum sol justitiæ , causâ hominis. Marc. 10. 2. *Cæcus , projecto vestimento suo , exiliens venit ad Jesum : exultavit , spe recipiendi visum.* Sic interiori vocati relinquunt omnia , ut Christum sequantur. Exultat cæcus. Marc. 10. 51. 3. *Rogat Dominus : Quid tibi vis faciam ? quia gratiam suam dat volentibus et dispositis. At ille dixit : Domine , ut videam.* Idem optem ego , ut videam ; nam hæc est vita æterna , ut cognoscant te Deum verum , et quem misisti Jesum Christum : ut videam voluntatem tuam , ad implendam , et meipsum ad humiliandum , et res creatas , ad te laudandum : ut vi-

Exultat
cæcus.
Marc. 10.
51.
Luc. 18.
41.
Visum
recipit.
Joan. 17. 3.
Luc. 18.
42.

deam aliquandò te , sicuti es. Dicitò mihi ut cæco illi : *Respice* , et factum erit.

PUNCTUM III.

Fidei Dominus tribuit sanitatem : *Respice , fides tua te salvum fecit , et confestim vidit.* Quod erat potentia et misericordiae suæ opus , fidei attribuit , tanquam disponenti et impetranti. Sic petiit aliàs à cæcis : *Creditis quia hoc possum facere vobis ?* Et illis affirmantibus , statim *aperiti sunt oculi eorum.* Sed quemdam alium non statim de integro illuminavit , ob imperfectam fidem ; tametsi salivam suam adhibuit , et oculos tetigit. Initio enim videbat *hominem velut arbores ambulantes.* Sic sunt duo modi illustrationum , quidam extraordinarius , ut D. Pauli ; quidam , per gradus proficiendo. Cæcus hic *sequebatur illum , magnificans Deum : effectus illustrationis , insistere vestigiis Christi , et Dei gloriam prædicare.*

Marc. 10.
52.
Ob fidem
sanatur.

Matt. 9.
28 et 29
Duplex
illuminatio.

Marc. 8.
24.

Luc. 18.
43.

MEDITATIO XXXVI.

De Cæco nato. Joan. 9.

PUNCTUM I.

PRÆTERIENS Jesus vidit hominem cæcum à nati-
vitate. Hic intuitus misericordiae ; quo nisi Deus præ-
veniat nos , non illuminamur. Et respicit quidem om-
nes , sed maximè electos. Optabo sic ab eo aspici.
2. Quærebant apostoli de causâ cæcitalis. Respondit :
Morbus non sem-

Joan. 9. 1.
Justos res-
picit Je-
sus.

Morbus
non sem-

per poe-
na.
Joan. 9. 3. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus; sed ut manifesta-
rentur opera Dei in illo.* Discamus, quia non semper peccata sunt causa morborum et calamitatum; sed aliquandò mitti pro gloriâ Dei, quæ inde elicitur, dum justi exultantes illas ferunt, et Deo gratias agunt pro illis; vel dum mirabiliter eos eripit ex eis.

✠. 4. Undè subdit: *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est.* Dei opera vocat, ex quibus ille glorificetur; quale est, quòd facit justos exultare in tribulationibus pro Christo; quòdque illos liberat extraordinariis modis, ut hunc cæcum. Undè glorificatur Deus: *Donec dies est vitæ Christi mortalis.*

O Domine! operare in me talia, donec dies est meus: *Antequàm vadam ad terram tenebrosam.* Sed et me oportet operari opera Dei, donec dies est:

Eccl. 9. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare.

PUNCTUM II.

Joan. 9. 6. *Modus curandi cæcum: Expuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linit oculos ejus.* 1. Contrario remedio utitur, ad ostentandam suam potentiam. Sic et humiliando aliquem exaltat; ut Joseph, ex carcere ad principatum. 2. Docet conferre ad illuminationem, si lutum, ex quo existimus, et cænum culparum, super oculos ponamus per attentam considerationem. Fit autem lutum hoc ex salivâ Christi, quæ est illius sapientia; quia, nisi hæc inspirante, non agnoscimus nostram vilitatem. Vel utrumque miscetur, saliva Christi, et terra; ut illuminemur, ad

Sanat luto.
E luto agnoscitur vilitas mea.

Deum, et nos ipsos cognoscendum: quæ inter se notitiæ se juvant, et junctæ sunt. 3. Jussit ire et lavare in natatoriâ Siloë, quod interpretatur *Missus*. Typus Baptismi et Pœnitentiæ, quæ virtutem habent à Christo; qui est *Missus Patris* in hoc ipsum. Imitanda fides et obedientia Cæci, qui luto se obliniri permisit, et ivit: haud sicut Naaman *Syrus*, cum juberetur lavare in *Jordane*, qui detrectavit. *Abiit ergo, et lavit, et venit videns.*

Joan. 9. 7. Sacramenta ablunt.
4 Reg. 5.
Joan. 9. 7.

PUNCTUM III.

Cæci jam illuminati præclara professio. 1. Grati-
tudo, prædicando auctorem, et modum sanandi ob-
viis enarrando. 2. Fortitudo, quâ non timuit rem-
edicere coram pharisæis, et in Christum referre,
parentibus ejus præ metu tergiversantibus. 3. Zelus
cum prudentiâ: nam Pharisæis amoliri à Christo
laudem conantibus, quòd homo peccator esset et
ignotus, revicic illos. 4. Patientia in contumeliis: *In peccatis natus es totus, et tu doces nos?* O Dei virtus, quæ cæci et mendici operâ confundit sapientes superbos!

Cæci Grati-
tudo.
Fortitu-
do.
Pruden-
tia.
Joan. 9. 34.
Patientia.

PUNCTUM IV.

Christus consolatur, confirmatque cæcum. 1. Ut
audivit è synagogâ ejectum, accessit ad eum Chris-
tus, ut eum recrearet. Sic non obliviscitur confiten-
tium se. 2. Studuit perficere ejusdem fidem, inte-
riùs etiã illuminando. Nam Christo proficiente se

Christus Consola-
tio afflic-
torum.
Fide
auget.

Joan. 9. 38. esse Filium Dei, ille ait: *Credo, Domine, et pro-*
cilens adoravit eum. O quantum admirabilior hæc il-
 luminatio! 3. Ne turbaretur ob pharisæorum con-
 tradictionem, qui sapere videbantur, dixit ei Jesus:
 Tranquil-
 lat men-
 tem
 * 39. *In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vi-*
dent, videant, et qui vident, cæci fiant; hoc est, ut
idiotæ et simplices cognoscant veritatem; sapientes
 Matt. 11. *autem superbi, ad illius splendorem cæci fiant. Abs-*
 23. *condisti hæc à sapientibus et prudentibus, et revelasti*
ea parvulis.

MEDITATIO XXXVII.

De Surdo et Muto. Marc. 7.

PUNCTUM I.

Marc. 7. *ADDUCUNT ei surdum et mutum.* 1. *Surditas spi-*
 32. *ritualis est, tum circa fidei veritates percipiendas et*
 Surditas *credendas; tum circa præcepta et inspirationes re-*
 spiritua- *cipiendas. Mutus autem, qui impeditus ad officia*
 lis. *orandi Deum, laudandi, gratiasque agendi, necnon*
 Surdus fit *confitendi sua peccata.* 2. *His duobus sensibus spi-*
 mutus. *ritualiter impeditis, obstruitur via saluti. Nam hæc*
obtinetur per fidem et obedientiam; et flagitanda
est per orationem. Satagit dæmon, ut impediatur.
 Luc. 11. *Unde Lucas ipsum Dæmonium vocat mutum. Ali-*
 14. *ter, in bonum, David ait: Tanquam surdus non au-*
 Ps. 37. 14. *diebam, et sicut mutus non aperiens os suum; videlicet*

ad vanitates et ineptias. 3. Considera quod multi sunt Peccato-
 ita oblitæ suæ salutis, ut nunquam accederent, nisi res muti.
 ab aliis adducti; quod officium præstare studebo. Et Marc. 7.
 deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Præter 32.
 ministerium adducendi, adhibenda pro iis oratio, nam
 paralyticum Christus sanavit, cum vidisset fidem ef-
 ferentium.

PUNCTUM II.

Modus curationis. Plures cæremonias adhibuit,
 ut significaret difficilem esse talium curationem. 1. *Ap-* * 33.
prehendens eum de turbâ seorsum abduxit, à curis vi-
delicet externis, et tumultu negotiorum. 2. *Ingenuit.* * 34.
 Quantum oportet id esse malum! Et ego pro me
 non gemo! 3. *Suscepit in cælum:* instanti oratione
 opus est. 4. *Misit digitos suos in aurículas ejus.* Di- * 33.
 gitus Dei dicitur Spiritus sanctus, cujus donis ape-
 riuntur aures et linguæ; quia dociles faciunt ad fidei
 mysteria, et obedientes divinis inspirationibus. Di-
 gitus procedit ex manu, et brachio, quod est Fi-
 lius, per quem omnia. 5. *Expuens tetigit linguam ejus.*
 Saliva ex capite fluens significat Christum, sapien-
 tiam Patris incarnatam. Est autem maximè opus sa-
 pientiâ ad loquendum rectè. Quare dicitur: *Os justi* Ps. 36. 30.
meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudi-
 cium. 6. *Dixit: Adaperire.* Ad surdum loquitur, quia Marc. 7.
 divina vox etiam ad horum aures penetrat; easque 43.
 aperit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem* Isa. 50. 5.
non contradico; promptus ad credendum et agen-

574 Pars III. Medit. XXXVIII.

dum, quæ jubet, efficior, quando ille verbo suo
Heb. 4. 12. aperit. Vivus est enim sermo Dei et efficax, et pe-
Ps. 57. 5. netrabilior omni gladio ancipiti. Væ qui similis est as-
pidis surdæ obturantis aures suas, ne exaudiat vocem
incantantis sapienter?

PUNCTUM III.

Effectus consecutus: *Et loquebatur rectè. O mihi*
Marc. 7. 35. contingat! Pone, Domine, custodiam ori meo; et tu
Potentia Jesu. claude, et aperi, tum aures, tum maxime os meum.
Ps. 140. 3. Turba, licet prohibita vulgare miraculum, tantò
Marc. 7. 37. magis celebrat, dicens: Benè omnia fecit. Utique
Gen. 1. 31. benè, nam vidit omnia quæ fecerat; et erant valdè
bona. Quòd si naturæ, quantò magis gratiæ opera!
Et surdos fecit audire, et loqui. Unicum curaverat,
 sed illi profitentur, sicut illum, ita et plures posse,
 et paratum esse curare. Certè id de spirituali surdo
 et mutq in primis verissimum est.

MEDITATIO XXXVIII.

De Dæmoniaco lunatico. *Matth. 17.*

Marc. 9. Luc. 9.

PUNCTUM I.

DÆMONIS feritas in obsessum, Deo permit-
 tente. 1. In corpus, qualiter describitur in istius
 membra sævisse. 2. In animam, in quam exercet
 similia, cum eam subjicit sibi. Mutum et surdum

Dæmon
 vexat cor-
 pus, ma-
 gis inti-
 mam.

De Dæmoniaco lunatico. 575

hominem facit, ut in præcedenti exemplo; lunati-
 cum, per inconstantiam in bono: *allidit terræ, ut*
 per affectum ei inhæreat. *Spumat, et stridet æger, per*
 fœditatem, et impotentiam verborum: *arescit, quasi*
 insensibilis ad divina: *Sæpè cadit in ignem cupidita-*
 tum; *et crebrò in aquam mundanorum desideriorum,*
 et *dissipat eum Spiritus, ab uno in aliud peccatum*
 distrahens. Neque discipuli possunt *ejicere eum: nullâ*
 concionatorum et confessoriorum operâ juvari potest.
 3. Ex his intelligitur, qualiter in inferno diabolus
 tractet illos qui in potestatem ejus veniunt.

Marc. 9. 17 et 21.
Matth. 17. 14 et 15.
Luc. 9. 39. 40.

Maximè
 in infer-
 no.

PUNCTUM II.

Christus invehitur in incredulitatem illius gentis,
 quasi propterea dæmon resistat: *O generatio incre-*
 dula et perversa! *quousquè ero vobiscum? usquequò pa-*
 tiar vos? Quasi tædeat ipsum inter illos vivere, nec
 ferendi sint diutiùs. Sed etsi ingratitude detes-
 tatur, hominum tamen miseretur. Me miserum, in
 quem ita fulminare meritò potest. Jubet afferri ad
 se hominem: *Et cum vidisset eum, statim spiritus con-*
 turbavit illum, *et elisus in terram volutabatur spumans.*
 Quantum audet malignus in ipsius Christi præsen-
 tiâ! quid non aliàs? Tunc parens orat pro filio: *Si*
quid potes, adjuva nos misertus nostri. Oportuit tam
 tenuem fidem priùs excitare, atque adèò respondit
 Christus: *Si potes credere, omnia possible sunt cre-*
 denti. Omnia, sine exceptione. Mira omnipotentia

Incredu-
 litas Deo
 exosa.
Matth. 17. 16.
Marc. 9. 18.
Luc. 9. 41.

Marc. 9. 19.

¶ 21.

¶ 22.

fidei! Fac, Domine, ut credam, sicut oportet. Ille ergo videns ex suâ fide pendere filii sanitatem, ait:

^{Marc. 9. 23.} *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam. Laudabilis oratio. Quando præstat quod potest, rogat pro eo quod minus potest.*

PUNCTUM III.

Christus ^{minatur demoni.} Pellitur malignus spiritus. 1. *Jesus comminatus est Spiritui immundo, dicens illi: Surde et mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: (Pro imperio agit) et* ^{Marc. 9. 24.} *amplius ne introcas in eum. Nam solet, assumptis aliis pluribus, reverti in domum suam unde exivit. 2. Exclamans, et multum discerpens eum, exiit ab eo, et factus est sicut mortuus. Ita, cum animam relinquere cogitur: nam id non fit absque doloribus quasi parturientis, cum diabolo et carni homo renuntiare debet. 3. Jesus tenens manum ejus, elevavit eum, et sur-* ^{Marc. 9. 26.} *rexit. Et reddidit illum patri ejus. Ipse solus erigere ac vivificare potest peccatorem. At ego nolim reddi patri, sed tibi adhærere, qui es Pater meus. 4. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei.* ^{Luc. 9. 44.}

PUNCTUM IV.

Arguit discipulos incredulitatis. 1. Prudentia Christi privatim eos arguentis; cum generatim populum publicè sic arguisset: *O generatio incredula et per-*

^{Matt. 17. 16. 19.} *versa! At istis, propter incredulitatem vestram, ait, Fides sit non potuistis ejicere illum. 2. Si habueritis fidem sicut humilis.*

granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit; et nihil impossibile erit vobis. Sinapi granum molle, parvum; sed acrimoniâ, et virtute valens, sic fides cum humilitate. Montes transfert, qui moles terrenorum impedimentorum in Dei servitio submovet. 3. Præterea, hoc genus dæmoniorum ^{Matt. 17. 20.} *non ejicitur nisi per orationem, et jejunium, quæ ex fide proveniant. Nam granum sinapis seu fides, cum cognitione suâ, spiritum orationis et mortificationis evaporat. Hæc est virgula fumi ex aromatibus myrrhæ* ^{Cant. 3. 6.} *et thuris; et est ille fumus, à Tobîâ adhibitus, qui* ^{Tob. 6. 8.} *extricat omne genus dæmoniorum.*

MEDITATIONES

DE MORTUIS A CHRISTO SUSCITATIS, AC DE
SPIRITUALI RESURRECTIONE.

TRES mortui referuntur suscitati à Christo : *Puella*, in quâ significantur qui ex infirmitate et ignorantia peccant; *Adolescens*, in quo illi, qui ab æstu passionum abrepti; et *Lazarus* jam in sepulcrum illatus; quales, qui ex malitia peccant.

MEDITATIO XXXIX.

De filiâ Archisynagogi suscitata. Marc. 5.
Luc. 8.

PUNCTUM I.

CONDITIO Puellæ. 1. Erat ferè annorum duodecim, *unica filia* parentum divitum, et nobilium. Videlicet nulla ætas tuta, et nullæ opes liberant, nec datur redire (quamvis isti datum); ut sit irremediabile, si semel malè. 2. In tali ætate, præripiuntur aliquando ob peccata parentum, filiis nimium indulgentium; vel ob propria, in quæ ruunt, ne penitus præcipitentur; vel benè quidem incedentes, sed ne malitia mutet cor eorum; quod est favoris singularis, vel denique ob alias divinæ Providentiæ rationes. Petam mihi contingere, ut maxime expe-

Luc. 8.
42.

Mors juvenum ob peccata

diet. 3. Non potuit hæc defuncta per se quærere vitam à Christo. Præstitit pro eâ parens. Ita pro mortuis in peccato, debemus fieri intercessores.

PUNCTUM II.

Christus obsequitur Archisynagogo, et pergit in domum ejus. Non id merebatur ejus fides imperfecta; nam rogavit *ut intraret in domum ejus*, quasi non posset absens. Indulsit tamen, quia humiliter ille petiverat, *procidens ad pedes Jesu*. 2. Voluit miraculum occultari, quia maximum hactenus patratorem; siquidem prima mortui suscitatio. Quare seclusit omnes, præter tres discipulos, et parentes Puellæ; et præcepit vehementer, ut nemo id sciret. Adhibuit tres illos, quos in Transfiguratione, et postea in Horto; ut illi, tanquam fervidiores, conscii essent trium maximarum rerum, quæ, et ad gloriam Christi, ejusque ignominiam, et ad salutem hominum spectarent.

Luc. 8. 41.
Humilitas occultat miraculum.

PUNCTUM III.

Teners manum Puellæ, ait illi: Puella, tibi dico, Marc. 5. surge. Nempè: *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*. O si vocet me, et peccatores ad vitam gratiæ, pro potestate, et efficaciter! *Et confestim surrexit Puella, et ambulabat. Et jussit illi dari manducare*. Manu tenuit: nam eos, qui ex imbecillitate ceciderunt, roborat ad surgendum. Ambulare Puella cepit, quia surgentes à peccato debent se exercere

Marc. 5.
41.
Rom. 4. 17.
Verbo suscitavit.
Marc. 5.
42.
Luc. 8. 35

in operibus bonis. Cibo refici eam jubet, qui roborat vires cœlesti pane.

MEDITATIO XL.

De filio Viduæ suscitato. Luc. 7.

PUNCTUM I.

Quatuor
portito-
res.

DEFUNCTUS erat adolescens, in quo significatur illi, qui æstu cupiditatum jacent mortui Deo; quæ ferè sunt, luxuria, ambitio, cupiditas, ira; et isti sunt innumerabiles. Quos deslere libet cum Jeremiâ: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum; et plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei?* Non fortuitò occurrit funeri, sed ex providentiâ; et facit non rogatus modò, quod aliàs non nisi rogatus. Verùm et cum rigatur, ipsius est inspiratio; atque ita totum ab illo esi, et præparatio, et justificatio peccatoris.

PUNCTUM II.

Luc. 7. 13.
Palam
suscitat.

Misericordiâ motus super viduam, dixit illi: Noli, flere. Non jam occultè, sed palàm patrat miraculum suscitationis, ad fidem prædicationi faciendam. Et dum movetur misericordiâ, ostendit non ostentationis causâ id facere; et docet erga afflictos commiserationem, maximè erga viduas et pupillos. Porrò lacrymæ pro precibus sunt apud Deum; et præcipuè Ecclesiæ, pro peccatoribus susc. O dic, Do-

mine: *Noli flere*, siste lacrymas, causam earum auferendo! *Accessit et tetigit loculum, hi autem qui portabant, steterunt.* Tangit Deus peccatorem, antequam suscitet; modò timorem, modò spem, aliosque affectus excitando. Stant portitores, quatuor illa genera passionum, per quæ ad inferos peccator deportatur; nam cohibetur illarum vis, ut detur locus resipiscentiæ.

Inspira-
tionum
tactus.
Luc. 7. 14.

PUNCTUM III.

Suscitat defunctum, dicens: *Adolescens, tibi dico, surge.* Hæc est Verbi omnipotentia: non ut Elias, et Elisæus, opus habuit supersterni defuncto: *Et resedit qui erat mortuus, et cepit loqui.* Non statim ambulavit, quoniam qui passionibus serviunt suis, sentiunt adhuc difficultatem. Incipiunt tamen loqui, confitendo peccata sua, veniam petendo, et Deum laudando pro vitâ sibi redditâ. Quare non indignabor super tales, si non statim deponant prorsus pravas quasdam consuetudines: *Dedit illum matri suæ*, solatium senectutis. Sic justificados dat Ecclesiæ ad gaudium, et exultationem, etiam ipsius triumphantis. Revertitur Adolescens suis pedibus, recuperato vigore spiritûs gradiens illuc; ad congregationem videlicet justorum, undè elatus erat mortuus per inordinatas cupiditates. Et acclamatum est Domino: *Quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitavit plebem suam.*

Verbo im-
perat.

Luc. 7. 15.
Suscitatio
passionum
fugit.

MEDITATIO XLI.

De Lazaro suscitato. Joan. 11.

PUNCTUM I.

Joan. 11. 3.
Modus
orandi. SORORES Lazari nuntiant Christo: *Ecce quem amas, infirmatur*; forma orandi brevis, efficax, et perfectorum, per insinuationem tantum. Procedit ex amoris Dei erga se multâ fiduciâ, cum resignatione integrâ in illius voluntatem. Uti eâ licet pro jaculatoriâ, et possunt variari verba: Quem creasti, qui est tua imago, quem redemisti, etc. Et pro *infirmatur*, alia quævis necessitas supponi, spiritualis, vel corporalis. Joan. 2. 3. Similis fuit illa: *Fili! vinum non habent*: et Cant. 5. 8. sponsæ: *Adjuvo vos... si inveneritis dilectum meum, ut nunciatis ei: Quia amore langueo.*

PUNCTUM II.

Joan. 11. 4. Christus renuntiat Sororibus: *Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloriâ Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Et tunc quidem mansit in eodem loco duobus die-*
Solatum
justorum. *bus*, intra quod tempus Lazarus mortuus est. 1. Magnum solatium impertit Deus justis, quando mala eis obvenientia significat esse pro gloriâ suâ. Id verò sequitur; vel quia mirabiliter, non cogitantes liberat; vel quia eminere facit justorum virtutem in ferendo, et preventum donorum cum tentatione eis reddit. 2. Cum spes facta esset vitæ, valdè con-

Probatio
magna.

tristatæ fuerunt Sorores de Lazari morte; et probata est earum fides, cum aliter evenisset, quam Christus dixisse videbatur. Ita factum, cum Abraham jussus est immolare filium, in quo promissa erat benedictio gentium. Sed laudatur, quia *contra spem in spem credidit*. Quare, cum Job: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam, et ipse erit salvator meus.* Rom. 4. 18.
Job. 13. 15
et 16.

PUNCTUM III.

Christus denuntiat apostolis reditum in Judæam. Joan. 11. 8. At illi tergiversantur: *Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare; et iterum vadis illuc?* Sed confirmat illos duplici ratione. 1. Quia sunt *duodecim horæ diei*. Ita et vitæ terminus cuique à Deo constitutus, † 9. *qui præteriri non poterit*: ut proindè, metu mortis intemptivæ, non sit omittendum opus divinæ gloriæ. Vel, cum tot sint horæ diei, fieri potest, ut quod primâ cogitatum est, in aliâ mutetur; sicque Judæorum animi remiserint de odio. 2. *Si quis ambulaverit in luce, non offendit*. Hoc est, benè agens non incurret mortem, quamdiù Deus illum servare constituit. Qui autem in tenebris peccati, is aliquando pro pænâ peccati tollitur è medio; ut est in Psalmo: *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos*; non pervenient ad medietatem; et: *Occidet eis sol in meri-* Ps. 54. 24.
Amos. 8. 9. *die*; in mediâ luce vitæ.

Post hæc rectè insinuat causam profectionis: Joan. 11.
11. *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut à somno*

Sensim
mortem
perdit.

excitem eum. Somnum vocat, quia tam facile sibi erit, ac foret à somno excitare illum; sed præcipuè significat mortem amicorum Dei instar somni esse, ex quo homo redit ad consuetas vitæ functiones. Ita justi interquiescunt, dum ad vitam meliorem revocantur. Non ita peccatores, qui ad æternam mortem suscitandi sunt.

Apostoli præoccupati timore, non intelligunt verba Christi; alioqui non obscura, cum absurdum foret causâ somni iter suscipere. Ita imperfecti nolunt intelligere; et semper aliquid commentantur circa mandata majorum. Quare Christus apertè dixit:

Lazarus mortuus est: Et gaudeo, inquit, propter vos, ut credatis. Credebant illi quidem, sed confirmandi erant in fide per miraculum. Et quasi de novo credere dici possunt, quando ita afficiuntur, ut si prius non credidissent, vel jam non forent credituri. Ita cum vota renovo, sic affectus, ut, si non antea jam illa voverem, rectè dicor tunc vovere. Dixit *Thomas: Eamus et nos, ut moriamur cum illo.* Fervor caritatis in Deum, pro quo morti se offert; et in proximos, quos ad idem exhortatur. Offeram me pariter.

Fervor D.
Thomæ.
Joan. 11.
16

PUNCTUM IV.

Martha occurrit Christo, quem ita compellat: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Utiquè fit ut, subducente se Christo, in mortem

Ps. 118.8. peccati labamur. Obsecro, non me derelinquas usque
Joan. 11. quaquè, usque ad lapsum. Subjicit Martha: *Sed et*
2.

nunc scio, quia, quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Infirma fides, quasi non ipse posset conferre vitam, nisi precibus obtinendo, cum tamen esset Deus. Id quod Dominus volens corrigere, ait: *Ego sum resurrectio et vita.* (Dator videlicet istorum.) *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet* (resurget ad vitam); *et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.* Quasi dicat: Et vita, ad quam credentes resurgent, erit vita nunquam defectura. Totum est verum, tam de corporali, quàm de spiritali resurrectione, et vitâ. Nam mortuus peccato, per fidem caritate animatam recipit vitam gratiæ; et hæc vita credentium propagatur in æternum, quantum ex ipsâ est. Porrò Christus de corporali resurrectione maxime loquitur. Ad hæc *Martha: Utiquè,*

Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti: ac proinde, quòd possis pro arbitrio suscitare mortuos. En, quàm docilis, et quomodo corrigit seipsam! Christus adesse Mariam etiam vult miraculo, pro merito amoris ejus erga ipsum Christum; utque ita illam magis accenderet. *Surrexit citò, et venit ad eum... et cecidit ad pedes ejus.* Ubi imitanda prompta obedientia venientis, posthabitis qui eam consolabantur. Sic agendum, cum Deus vocat; deinde reverentia accedentis ad pedes; quod non legitur de Marthâ, et nobilioribus Judæis spectantibus, qui Christum oderant; denique fides et resignatio. Nam cum dixisset: *Non esset mortuus frater meus, non subjecit, quòd*

Infirma
fides Mar-
thæ.

Joan. 11.
25 et 26.

† 27.

† 29 et 32.
Mariæ
obedien-
tia.
Reveren-
tia.

† 32.
Fides.